



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui conuentus qui ad confessiones martyrum fiunt abominantur.  
ccxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

tyria orationis causa vel sanitaris accedere. Sed huiusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communionem primum. Pœnitentes autem & confitentes se deliquisse, conuenit suscipi.

*Quòd non oporteat ab hæreticis Eulogias accipere.*

Caput CCIX.

Ex eodẽ,  
cap. 32.

**Q**uòd non oporteat ab hæreticis Eulogias accipere, quæ sunt maledictiones potius, quàm benedictiones.

*Quòd nullus Christianus ad pseudomartyres ire debeat.* Cap. CCX.

Ex eodẽ  
cap. 34.

**Q**uòd omnem Christianum non oporteat desere martyres Christi, & ire ad pseudomartyres, id est hæreticorum, & quos ipsos constat hæreticos fecerit. Hi nanque alienati sunt à Deo. Sint igitur anathema qui ad tales accesserint.

*Quòd non oporteat plebeios Psalmos in Ecclesia recitari.* Cap. CCXI.

Ex eodẽ  
concilio,  
cap. 59.

**Q**uòd non oporteat plebeios Psalmos in Ecclesia recitari, nec libros præter canonem legi, sed sola sacra volumina noui testamenti vel veteris.

*De illis qui conuentus, qui ad confessiones martyrum fiunt, abominantur.* Cap. CCXII.

Ex concil.  
Antioch.  
cap. 20.

**S**i quis superbiæ vsus affectu, conuentus abominantur, sed ad confessiones martyrum celebrantur, & ministrantur, quæ in eis fiunt, simul cum eorum memoriis, execrationis anathema sit.

*Vt victus ab exorcistis energumenis in domo Dei sedentibus administretur.* Cap. CCXIII.

Ex concil.  
Cartha.  
cap. 91.

**E**nergumenis in domo Dei sedentibus victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministrantur.

*Ut sacra vasa non ab aliis quàm à sacris viris tractari debeant.* Cap. CCXIII.

Ex decre.  
Sixti pa-  
pe, cap.  
49.

**C**ognoscat sapientia vestra fratres charissimi, quia hac sancta apostolica sede à nobis & reliquis episcopis, cæterisque domini sacerdotibus statutum est, ut sacra